

135 51 11. 17.

ALEXANDER BENEDICTVS VERONENSIS PHYSICVS
MARCO SANVTO Veneto patricio senatori optimo. S.D.

Vbitaueram semper Senator optime in his medicinæ præceptis aliquid edere. quādō quidem difficultimum nouerā In tanta rerum ueteritate obscuritate: ac rubigine lucem aliquam uel nitorē: aut auctoritatem artibus his: quæ exoluunt inuenire posse. Scisq; qua nocte densissima hæc latuerint. Verum enim nobis occurrunt celeberrimi ueteres auctores atq; exposterioribus: Theodorus Gaza: ac Hermolaus Barbarus: qui nupē his similia p̄tentarunt: tu quoq; patrocinio tuo: ueteriq; beniuolentia cum auunculo meo Ioāne Iacobo angelo pbyfico. his diebus animū ita mihi exauisisti: ut medicorū nostrorum magnas ambages aīorūq; uarietatem pene incredibilem excitare non dubitauerim. Hoc dūtaxat libello qui imaturus est editus. Eum enim curationes quotidiane ususq; & experientia conceperem: Nec tamen est in dubio multis hæc nostra fastidio futura. a Galeni enim tempore quā plures lingua externa scripserunt: quo quidē barbarorū feritas Italī iuasit. Et magis litterarū decus quā urbium ornamenta sustulit: ex qua nobili studiorum strage medicinæ uilitas orta est: inconstantissimaq; oīum artium facta. Delere enim aliorum instituta unicusq; fas erat: atq; aliquid ex media (ut iunt) barbarie rapere gloriæ erat. Nos uero nihil immutare nihil addere uiribus nostris. Sed priscam: ac romanam solummodo dignitatem tueri eniti mur: quæ ex foecunda obesitate in his artibus sterili tabe pene confecta est. Inuentis itaq; addere inter artium initia maxime decuit. Orpheus enim medentium primus sua placita constituit: quæ mox pythagoras sapientia clarus sustulit. Democritus deinde: & Asclepiades eiusdem præcepta imutauit. Is ætate magni Pompei rhetoricæ quoq; magister erat. Hippocrates item medicinæ princeps: ne nominatim omnia persequi uidear: sua medendi decreta condidit: & prima oīum abdicauit: quem Galenus fecitus est: totam fere medicinam: ad causarum agnitionem. Indiciorūq; notitiam ad rerum qualitates: corporūq; diuersas habitudines: atq; gradus reuocando: nihil intētatum: inex pertūq; relinquentes orbem uniuersum ita in se se circuegerunt ut reliqui omnes inficitia impudenda damnarentur: ac publicam salutem de coquere uiderentur: si quid sine Hippocratis: atq; Galeni auctoritate agere uellent: quæ omnia (ut diximus) turpi barbarorum colluuiuie foedarunt. Inter utriusq; tempora: & nostri quoq; latino sermōe licet pauci celebrati sūt: iter quos. M. Cato. C. Valgius. Pōpeuis Leneus: Cornelius ac Plinius: operaticē: ac empiricen sectantes extitere infoelicibus medicinæ artis auspiciis: quando quidem huius theoriam prætermi-

Orpheus.
Pythagoras.
Democritus.
Asclepiades.
Hippocrates.

Galenus

M. Cato
C. Valgius
Pōpeuis Leneus
Cornelius
Plinius

*Annam
p. ap*

fit romana grauitas: alioquin in cæteris uirtutibus oium gentiū rapa-
cissima: Desierūt paulo ante & bello & ruinis apud grecos medici: quo-
rum iniuria in externaz gētiū laudes cessit. Hinc Auicēne & Rasis: ali-
orūq; aucto & uolumina intanta reg; inopia recepta sunt. Hinc attoni-
tae quorūdam p̄suasiones p̄ciosa externa & aliena dūtaxat aestimanti-
um: quæ item in latinū male uertendo recentiores romanā: atq; græ-
cā dignitatē relinquētes confusis reg; nominibus ad ineptias redege-
re. Sunt & ipsis exemplaribus græca: latinaq; noia originem artis indi-
cantia: quod in anatomicis & uenientiōz libris: ac iis: quos de omnib;
morbis mēbratim humanū corpus grassantibus scripsimus: cōmuni-
bus q; medendi præceptis satis liquido indicauimus. Tu igitur Sena-
tor magnifice has medicinæ Collectiones quos græci aphorismos uo-
care maluerunt: in reg; nostraz leuem p̄gustatōem suscipe: quæ de fa-
cili doctrina tua: ac auctoritate: si uolueris maliuolorum ictus sustine-
re poterunt. Vale. Venetiis.

COLLECTIONES MEDICINAE.

Alexandri Benedicti physici de medici: atq; ægii officio collectio-
num Caput primum.

Oni primum medici est: præter ea quæ religioni necessaria
sunt: non multos ægros suscipe: Variis eim morbis & mēs
opprimitur: & corpus fatigatōe continua languet.

Prudentis medici ē insanabiles: ac desperatos morbos non
curare: ne hoīem occidisse: qui forte sua interitus erat: existimetur
Dubias ualitudines sine certa tamē despatoe suscipias: necessariis tamē
idicare oportet: rem idificili eē: alioquin uel artem malo uinci: uel
te errasse inditio sit:

Satiū ē tamē oībo i rebus āceps auxiliū expiri: q; nullū plurimo & snia
Vehemēti malo uehementi omnino auxilio opus est.

Succurrentū semper parti maxime laboranti.

Cauendum est in secunda ualitudine: ne aduersæ auxilia cōlumantur
Occursurus morbo nullus est: qui originem ignorat.

Hystrionis est exigui momenti morbi attollere: quo plus exinde præ-
stittisse uideatur.

Morbus quādoq; q; p se exiguis ē: maior curātis negligētia fieri solet
Non omnibus eadem remedia conueniūt: acciditq; ut quos ratio non
restituit: temeritas quandoq; adiuvet.

Medici officiū est: ut tuto: ut celeriter: ut iucūde curet: uer & piculosa es-
se constat nimia festinationem & uoluptatem.

Peregrina remedia sēp q̄rere: & p̄ciosa dūtaxat ipudētis ē ostentatōis.

Catharticis uti uenientis piculolum est: unde ad testamētoz insidias
ſaep̄ oboritur occasio: in q; re & officinaz fides necessaria est.

Aegrotantis p̄prietates nosse oportet: cuiq; amica: que ue inimica sint intelligere.

Remedia naturæ munera nō ostendere: & in archanis habete nō decet perfidiæ: atq; auaritiæ crimine manifesto.

Alienam miseriam pudoris sociam indicare nefas est.

Magni medici se quādoq; errasse simplicius confitentur ne qui eodē errore quo illi decepti sunt decipientur.

Cætera præsidia superat ægri gaudiū: atq; animi securitas: & si in pudore medicina quandoq; inueniatur.

Aeger obseq̄ns eē debet domesticis: medicoq; precipue qui falli nullo mō debet: occulta, n. int̄pantia soli ægro piculum iminere certū ē. Nec cuius præsidium pfidenti ualitudinis desiderio statim credatur: solis medicis occidendi impunitate relista.

Carnificis ē p̄dētibus fatis: & iter ipsos cruciatus igēs p̄ciū exposcere: uel morbi, p̄trahere: uel dūtaxat emouere: ubi extrahere oīo opus est Barbaři benemerētib; gratiā nō referūt: & ualitudie cōflictātes multa p̄mittūt: ad uitā exinde reuocati conuiciis inuicē p̄sequuntur.

Famosi ueneni tiires: aut abortiendi modū: uel quæ cōceptū ihibeant indicare scelus est.

Dubiæ ualitudini assidere medicus d̄bet: & uēaq; pulsu uires s̄ape p̄q̄re re: cæterasq; notas: iſpicere q; & syderalis sc̄ie haud ignaro sit necesse ē Aegro quæ bona sunt auguria denuntiare debet: si quid tamen malinatur iſfirmitas: necessariis tantum significare fas sit.

Simplicium effectus tenere sūma cura debet: ex quibus cōposita & nobilitatis & plebis auxilia: inuentu etiam facilia habentur.

Periti medici: manū nō p̄tinus: ut ueniūt apprehēdunt: Sed p̄mū hilari uultu resident. sermone leni solitudinē submouēt: nā & medi ci cōspectus: ac alia multa de facili uenarum rationem turbant.

A recta rōne nuuq; discedēdum ē: & si nihil p̄deſſe uideatur: sic ab icōptis pariter pueris statim: & si nihil obſuiffe cernatur.

Variis auxiliis morbus expugnandus ē: alioq; cōsuetudo naturā facit Prodest deniq; ægro in medendo ſpes: fidesq;

Collectionum Caput Secundum.

Orboꝝ contrariae qualitates contrariis expelluntur:

Intemperantem morbi qualitatem: uehementi: & mediocrem mediocri auxilio curare debemus.

Vehemētiora medicamēta: membris remotioribus conueniunt.

Superiora itestina supne: inferiora inieco clystere cōmode sanantur.

Validissima cā est: quæ morbi habitudini corporis contrariū excitat.

Vbi natura repugnat parum medicina prodest.

In acutis morbis ægre p̄ficitur: nā & p̄fectus oīs tempore expletur.

*Anatomia
partis*

fit romana grauitas: alioquin in cæteris uirtutibus oīum gentiū rapa-
cissima: Desierūt paulo ante & bellorum ruinis apud græcos medici: quo-
rum iniuria in externarū gētiū laudes cessit. Hinc Auicēne & Rasis: ali-
orūq; aucto & uolumina intanta reg; inopia recepta sunt. Hinc attoni-
tae quorūdam p̄suasiones p̄ciosa externa & aliena dūtaxat aestimanti-
um: quæ item in latinū male uertendo recentiores romanā: atq; græ-
cā dignitatē relinquētes confusis reg; nominibus ad ineptias redege-
re. Sunt & ipsis exemplaribus græca: latinaq; noīa originem artis indi-
cantia: quod in anatomicis & ueneneratoꝝ libris: ac iis: quos de omnibꝫ
morbis mēbratim humanū corpus grassantibus scripsimus: cōmuni-
bus q; medendi præceptis satis liquido indicauimus. Tu igitur Sena-
tor magnifice has medicinæ Collectiones quos græci aphorismos uo-
care maluerunt: in reg; nostrarū leuem p̄gustatōem suscipe: quæ de fa-
cili doctrina tua: ac auctoritate: si uolueris maliuolorum ictus sustine-
re poterunt. Vale. Venetiis.

COLLECTIONES MEDICINAE.

Alexandri Benedicti physici de medici: atq; ægri officio collectio-
num Caput primum.

Oni primum medici est: præter ea quæ religioni necessaria
sunt: non multos ægros suscipe: Variis eīm morbis & mēs
oppreditur: & corpus fatigatōe continua languet.

Prudentis medici ē insanabiles: ac desperatos morbos non
curare: ne hoīem occidisse: qui sorte sua interiturus erat: existimetur
Dubias ualitudines sine certa tamē despatoe suscipias: necessariis tamē
idicare oportet: rem idificili eē: alioquin uel artem malo uinci: uel
te errasse inditio sit:

Satius ē tamē oībꝫ i rebus aēcps auxiliū expiri: q; nullū plurimoꝝ sūnia
Nehemēti malo uehementi omnino auxilio opus est.

Succurrendū temper parti maxime laboranti.

Cauendum est in secunda ualitudine: ne aduersæ auxilia cōsumantur
Occursus morbo nullus est: qui originem ignorat.

Hystrionis est exigui momenti morbi attollere: quo plus exinde præ-
stisſe uideatur.

Morbus quādoꝝ q; p se exiguis ē: maior curatōis negligētia fieri ~~sollet~~
Non omnibus eadem remedia conueniūt: acciditq; ut quos ratio non
restituit: temeritas quandoꝝ adiuuet.

Medici officiū est: ut tuto: ut celeriter: ut iucūde curet: ueg; piculosa es-
se constat nimiā festinationem & uoluptatem.

Peregrina remedia sēp q; rere: & p̄ciosa dūtaxat ipudētis ē ostentatōis.

Catharticis uti uehementis piculosum est: unde ad testamētoꝝ insidias
sæpe oboritur occasio: in q; re & officinare fides necessaria est.

Aegrotantis p̄petratiest nosse oportet: cuiq; amica: que ue inimica sint
intelligere.

Remedia naturæ munera nō ostendere: & in archanis habere nō decet
perfidiæ: atq; auaritiae crimine manifesto.

Alienam miseriam pudoris sociam indicare nefas est.

Magni medici se quādōq; errasse simplicius confitentur ne qui eodē
errore quo illi decepti sunt decipientur.

Cætera præsidia superat ægri gaudiū: atq; animi securitas: & si in pu-
dere medicina quandoq; inueniatur.

Aeger obseqnis eē debet domesticis: medicoq; precipue qui falli nullo
mō debet: occulta, n. int̄epantia soli ægro piculum īminere certū ē.

Nec cuius præsidium p̄fitenti ualitudinis desiderio statim credatur:
solis medicis occidendi impunitate relata.

Carnifiscis ē p̄édébitus satis: & iter ipsos cruciatus īgēs p̄ciū exposcere:
uel morbū, p̄trahere: uel dūtaxat emouere: ubi extrahere oī opus est
Barbari benemerētib; gratiā nō referūt: & ualitudie cōflictātes mul-
ta p̄mittūt: ad uitā exinde reuocati conuiciis inuicē p̄sequuntur.

Famosi ueneni uires: aut abortiendi modū: uel quæ cōceptū ihibeant
indicare scelus est.

Dubiæ ualitudini assidere medicus d̄bet: & uēa, pulsū uires sāpe p̄q̄re
re: cæterasq; notas: i spicere q & syderalis scie haud ignar̄ sit n̄cessitē
Aegro quæ bona sunt auguria denuntiare debet: si quid tamen mali
minatur iſirmitas: neceſſariis tantum significare fas sit.

Simplicium effectus tenete ſūma cura debet: ex quibus cōposita & no-
bilitatis & plebis auxilia: inuentu etiam facilia habentur.

Periti medici: manū nō p̄tinus: ut ueniūt apprehēdunt: Sed primū hi-
lari uultu resident. sermone leni ſolicitudinē submouēt: nā & medi-
ci cōspectus: ac alia multa de facili uenarum rationem turbant.

A recta rōne nuuq; discedēdum ē: & si nihil p̄deſſe uideatur: ſic ab īcō-
ptis pariter pueris ſtātim: & ſi nihil obſuiffle cernatur.

Variis auxiliis morbus expugnandus ē: alioq; cōſuetudo naturā ſacit
Prodeſt deniq; ægro in medendo ſpes: fidelib;

Collectionum Caput Secundum.

Orbōq; contrariae qualitates contrariis expelluntur:

Intemperantem morbi qualitatē: uehementi: & mediocrem
mediocri auxilio curare debemus.

Vehemētiora medicamēta: membris remotioribus conueniunt.

Superiora itestina ſupne: inferiora inecto clyſtere cōmode ſanantur.

Validissima cā est: quæ morbū habitudini corporis contrariū excitat.

Vbi natura repugnat parum medicina prodeſt.

In acutis morbis ægre p̄ficitur: nā & p̄fectus oī ſtempore expletur.

Ex multa fame nimia satietas: aut ex multa satietate fames damnatur.
Ex nimio quoq; labore subitum ocii: aut ex nimio ocio subitus labor
sine periculo non est.

Cum quis mutare aliquid uolet: paulatim assuescere debet.

Ex itinere fatigatis: uel labore sudatibus: aut a balneo uenientibus fri-
gidi potus pernicioſſimi sunt.

Ex tempeſtatibus pefſimae ſunt: quæ uariant maxime obiter autūnus
plurimos opprimit.

Corpora æſtate relaxata ſubito frigore excipiuntur.

Senectutem longiores morbi exercēt: acutis adolescentia implicatur.

Si quis plenior: ſpecioſiorq;: ac coloratiſ ſupra conſuetudinē factus ē
ſine uifpitione eſſe non debet quando quidem neq; in eodē habitu
ſubſiſtere: neq; ultra p̄gredi potest: fere igitur ruia quadā reuoluitur.

In oībus corporis affectibus longior diſtantia tutiorem curatōnem p̄
mittit. Si uero materia omnis effuſa eſt, p̄pinq;itas p̄fertur.

Priuſquā in diuersum materiam abducas: membra dolores ſedato: Ca-
ueniendū q; ne ad p̄incipalia uiſcera eadem ſuperferatur.

Priuſp̄incipalia corporis membra medicamentis de facili laeduntur.

Cerebro ac iecori frigidiora nō ſine metu imponūtur: quæ & neruos
offendunt.

In periculis morbis: i quibus uirium deliquium timemus: dilatis au-
xiliis a uehemētiori cathartico incipiendum ē: alias leniori utendū.
Locorum transiſtus ex graui in ſalubrē utiliſ eſt.

Media hveme aut æſtate aliuū trahere: aut ſecare: aut aduere malū eſt.
Maxima in medendo difficultas ē: cum cā eiusq; effectus contraria au-
xilia requirant: ut colicis cruciatibus contingit.

Senibus tremulis nihil proſunt medicamenta.

Scamoniuū medicinas oēs exauit: q; & ſtomacho inimicū perhibetur.

Frigeſaciendi & excalſaciendi Par tempus eſt. In illo metus: in hoc au-
datia maior: calidis enim natura gaudet.

Hueſtādi: atq; exiccādi uires pari metu ferūtur: uerū hoc uelocius euēit
Natiua caliditas humido temperato gaudet.

Sponte exiccari corpora nō mitum eſt: caleſieri uero naturale non eſt.
Vehemētior caliditas materiam in lapidem conuertit. Si corporis me-
atus introcluſi ſunt.

Habitum corporis frigidum caleſieri haud facile eſt. Si iam conſtiterit
ſi increſcit quā facillime.

Frigida rursus habitudo initio celerius cædit calidis: q; calida frigidis.

Calida corpora ægre frigeſūt: aegrius uero frigidiora calidis uicūtūr.

Immodica corporis frigiditas: mortis imaginem refert.

Immodicus calor ſiccitatēm contrahit: frigus uero humiditatēm.

Otium ac balneorum usus corpus humidum reddit: & uinum modice
epotum efficit.

Collectionum Caput Tertium:

Enioribus magis sanguis: plerioribus uero caro magis abudat:
Tenuiores sanguis detractionem facilius sustinent pinguiores
laeduntur.

Vires corporis magis ex uenis q̄ ex ipsa specie dignoscuntur:
Mittere sanguinem usum habenti expeditissimum est: ignaro uero diffi-
cillimum

Ex omni humore nihil sanguis dimissio nocentius.

Arteria icisa neq; coit neq; sanescit ut sanguis uehemeter erupat efficit:

Ex larga sanguinis detractōe mali generantur humores.

Missio sanguinis adeo nō p̄dest ut etiā interdum maxime noceat.

Eadem siquā largissima fit aluum saepius sistit.

Interest nō quæ etas sit: neq; quod in utero geratur: sed quæ uires sint:
imbecillo. n. cuiq; male sanguis emititur.

Integra atq; exigua sanguis materia reliquis uitiatis humoribus male
demitur.

Venisex: qui partius: aut timide uenā incidunt uires tuerum quan-
doq; crassior materia intus retinetur

Qui confidentius latum uulnus infert: serius id sanescit: uelociusq; ani-
mæ defectum inducit: uerum magis expurgat.

Latior scalpellus hyeme: æstate acutior esse debet.

Supinis trena incidentia est: ne anima deficiat.

In febre ardenti detractio sanguinis quandoq; obest.

In feribus q̄bus neruorum contractiones accidunt: a sanguis detractionē
abstinendū est: & si necessaria alioquin uideatur.

In periodica febre modicus demitur sanguis: si rigores præsertim ue-
hementissimi sunt.

Bilis furor: atq; pituitæ cruditas iportunā sanguinis missionē sequit.

Certum tempus nō circuscribit sanguis dimissio: obiter ruptis: cōuul-
sis: ex alto de lassis: qui & si paulo ante cibum sumperint protinus
demenda materia est.

Adolescentibus exiguum sanguinis mitti conuenit: neq; nulli post lo-
gos morbos: aut a crapula.

Ventriculo aluoq; astricta metus est sanguinem extrahere.

Fastiditis tediū abstergendū est uenisex: priusq; uenam incidas: ex qua
largius profluiū & si rarū ē quotidiana extractōne quæ modica sit
nocentius est.

Hyemē austro perflante sanguis recte mittitur.

Tardius sanescit ictus: quo quid magis dolet.

Post sanguinis dimissionē cibo modico utendum ē in qua uehementer
deligare:& præteritos ictus non uitari importunū est.
Obesis deliganda brachia sunt uehementer:macris laxius.
Profluente sanguine raro:suppresso frequenter anima deficit: nisi lar-
gius educatur.

Collectionum Caput Quartum.

Vmecta:atq; calida corpora alui deiectionem haud difficulter
ferunt.

Aluus citu macris tenuibus membrisq; mollibus nocet.

Biliosis alui deiectio grauis est:ac præparce uiuentibus.

Importuna deiectio ieruo& contractionem minatur.

Pueris senibusq; temerarium est aluum soluere.

Hyeme:ac æstate ægre uenter soluitur.

Inſuetis plurimum obest deiectio.

Materiae motus modum indicat:stomachi nāq; fastidium uomitū sua-
det:uentris punctiones alui ductionem inuitat.

Membris certi meatus sunt:uesica iecoris gibbo:cauo itestina respon-
dent.

Immodica exinanitio cum plurimum malas febres excitat.

Ventre a fluxu p̄mature confirmato:ac morbo aliquo ob id superue-
niente aluum concitare rursus oportet.

Materia quæ unius naturæ est:in uentre facillime continetur : atq; per-
ficitur : q uero uaria sūt uario uentris motu contrahuntur.

Qui recta uictus ratione uixerit:nec uomitu nec alui ductione eget.

Aſſumpta ſæpius medicamēta ubi sanguis missio necessaria sit:febres:
faciūt:ob id p̄postero uſi sūt mō qui a prima purgatōe nō queuerunt
Biliosis uomitus:citharticūq; mox ocium prodefit.

Cum bilem ruffam trahimus:& scamonio opus est :q; myrobalanum
dicunt:addimus:ut virus auferat.

Ventrem deiicere ubi itestina apostemata sunt damnatur.

Febre correptis:aluuus soluta salubrior est uomitu.

In uentris fluore:cum incocta profluuat uomitus nocet.

Vētrem aut uomitum cōcitat: cui corpus integrum est uertigines uē-
trisq; dolores facit: male q; materia soluitur.

In uomitu:aut alui deiectione:uno exinanito humore:& alio incipien-
te:corpus reēte purgari indicium est.

Apurgatōibus ſomnus plenior ægrum magnifice exonerasse oſten-
dit.

Sitis quoq; uehementer:bene purgati infirmi nota est.

Quæ ex naribus medicamie extrahuntur:hydropices extenuant:

Torti hoc est inexplanaꝝ linguaꝝ uehementeriora medicamenta male

sustinent.

Qui catharticis non assueuere: his uti nō debent: neq; stomacho defestati: quibusq; humor latus est ac tenax.

Si præcordia tenta sunt: cathartica assumpta nocent.

Inflamatis humoribus: opilatisq; meatibus: medicamenta non dantur donec corrigantur uitia.

Qui ex stagno aquam bibunt: quiq; liene non laborant medicamenta facilius ferunt:

Ante uentris purgationem somnus prodest: uires enim intendit.

Ab imbecillibus catharticis uigilæ præseruntur somno enim medicamina uis remittitur.

Epoto medicamento exercitationes male sunt.

Qui calidæ atq; infirmæ habitudis sunt: crudiq; stomacho: ptisana aut rhoiton iis conuenit: mox medicamento tutius utuntur.

Cathartica syrio ardente febres afferunt: a quarum potu comedere aut bibere: siue dormire: nisi exacto opere nocet: alias uentrem contrahunt Pilulæ cum iis quæ eiusdem effectus sunt cogi debent.

Oris resolutio alio cita sanatur.

Duobus uti catharticis indie temerarium est.

Longinquier materia difficultius attrahitur.

Salis plurimus usus: ante catharticum nocet.

Senectuti: ac quibus infirmitia ilia sunt: deiectiones obsunt: quæ interdum alio cita tentantur.

Iecoris dolor: qui a sanguinis dimissione: aut uentris purgationibus accedit: aqua calida pota sanatur.

Quotidiano medicamentorum potu natura uitiatur obiter: qui iis assueuere q; citissime periclitari certum est.

Sicce habitudinis corpora acriori medicamento laeduntur

Si aliqui leui medicamento nō mollit: quies indicanda est.

Vbi sanguis missio sola mederi pót: medicamentum superaddere malum est: inflammationes enim facit.

Pilulæ uetustate induratae pessimæ sunt: nec nimium recentes laudantur.

Collectionum Caput Quintum.

Ibi potusq; crassæ materiæ dominantur uias enim corporis intercludunt.

Nihil ægrotantibus utilius tempestiuæ abstinencia: que tempore & modo & gencre queritur.

Aeger neq; superuacula materia onerandus: neq; imbecillitate perendus.

Cibus simplex laudatur: satores & condimenta pernicioſa:

Plurimo cibo indiget qui increscit."
Qui nimio cibo utuntur: corpora non augent:
Valentissimæ materiae cibis uti debent athletæ: agricolæq.
Valitudo ignota: aut inedia uincitur: aut indicatur.
Omnis curatio contrariis præsidii curatur: uerūq; abstinentia: uictus.
q; ratio sine periculo plerumq; sanat.
A fame cibo plurimo: ac malo uti perniciosum est.
Quo acutiores morbi sunt: eo minus cibo iridigent.
Si quis in acuta ualitudine linquit animus ab imbecillitate refecimus:
nec largius quidem:
Quæ genitale semen augent: lactis quoq; abundantia faciūt: quæ e di-
uerso genituram extingunt: huius quoq; inhibent copiam.

Collectionum Caput Sextum.

N febre ardenti frigidam dati, largius uetamus si stomachus
imbecillus est.
Si inter morbi initia materia nimium seruet statim ducenda:
alioquin digerenda.
Instantibus quartanis theriaca præclare medetur.
In quartanis nunquam neruorum contractiones sunt. in quibus &
diaueratrum datur: & in tertianis diaescaminoium: circuitus enim
soluant.
Panis frigida madens febricitatibus appetetiam excitat.
In acutis febribus uehementes dolores periculum minantur.
Alba urina in causode dolorem capit is nuntiat.
Causodem subitus horror resolut.
Senectutem ardens febris raro solet offendere: alias pñicosa.
Ipsa accessionis die nihil præter uomitum tentadum.
In febre cibus offerendus non est: nam q; nō integro corpori infertur
de facili corrúpitur: iter oia tamē tpa: inclinat febre minus dánatur.
Instante morbo: satius est q; incipiente: omni tamen tempore defectis
subueniendum est.

Collectionum Caput Septimum.

Apillorū defluuiū quod ætate contingit nūq; restituitur.
Seruari non potest cui cerebrum mébranæq; incisæ sunt.
Percusso cerebro: uel membrana biliosus uomitus insequitur:
ac nerui distenduntur.
Urina veterinarie similis præteritos capit is dolores ostendit.
Frontis dolore quod ob similitudinem ouum dicitur: in faciem' do-
miunt.
Ventrem mollire capit is doloribus utile est.
Immodicis uigiliis tuisis intercedens mortifera est.

Obliuio quæ sanis sp̄ote prouenit comitiale morbum: aut lethargiam: aut apoplexiā denuntiat.

Vlceræ quæ in sanguinibus accidentū pestifera sunt.

Vertiginosis senibus apoplexia facile imminet.

Si in comitiali morbo mens læsa est: aut nervorum facta resolutio: ualitudini spes non est.

Morbus comitialis ante pubertatem ortus quandoq; finitur.

Apoplexiā pronuntiant nocturnæ suppressiones: quæ & morbus comitiale uel insaniam præfigiunt.

Dementia sæpe in comitiale morbus uertitur: aut contra.

Morbus comitialis frequens exitiales est: quem nervorum contractio-nes antecedunt.

Melancholicis sanguinem frequenter dimitti: apoplexiā uel similem morbum portendit.

Apoplexiæ si febris accidit: ubi abscessus causa non fuerit triduo æger insepultus eē debet: quo decretorio quādoq; tpe morbus finitur.

Nervosæ uitia tolluntur plurima: si occipitio studes.

Ebrietas nervis nocet: & conceptum inhibet.

Qui colicis sæpe laborant: in nervorum resolutionem incurunt

Infantium urina viridis nervorum contractionem: uel resolutionem prædict.

In uulnere nervorum contractiones exitiales sunt: & quæ ex aresciēte causa oriuntur.

Frigida æstate superinfecta membris: frigidam nervorum materiam discutit: si uires adsunt.

Cum stupent cerebro membra exitium denuntiant.

Cum membris stupor perseverat nervorum uitia præfigit.

Timere ex somno mali morbi inditium est.

Somnus statim a crapula autiū uitiiis nocet.

Distillationes frigidæ febre maturantur: calidæ accenduntur.

Quibus capitis distillationes fluunt: raro pleuretici fiunt.

Austris caput humorem sæpe recipit: qui mox aquilone sine intermissione distillat.

Sternutamenta partum adiuuant: conceptum uero expellunt.

Vbi sternutamenta frustra tentantur: uires corporis inualidæ sunt.

Collectionum Caput Octauum.

Icum oculorum uitiiis capitis dolores sunt: hi prius discutiendi: mox oculorum malis medere oportet.

Nihil oculis coitu innocentius.

Crapula nocet oculis: magisq; qui a cibo statim dormiunt.

Supinus somnus: ac uigiliae moderatae oculis prosunt.

Sanguinis frequens dimissio oculorum claritati obest.

In epiphoris oculorum:uel eorum uitiis omnibus caput oleo perungere:aut auribus instillare:perniciosum est.

Lippienti medetur deiectio.

Frequentiores in cibo lactucæ claritati oculorum nocent.

Surditati ueteri difficulter succurritur.

Surdi quandoq; fiunt:ubi biliosus fluxus uentris substiterit

Surditati aurium nihil biliosa alio utilius.

Faucium tumoribus sub lingua uena utiliter secatur.

Angina in peripnemoniam quandoq;:uel in precordia tedit:ac pimit

Qui anguiæ morbo intereunt:is prius nerui contrahuntur.

Auriū purulentia importune persanata:uertigines oculorum excitantur:redeunte haud dubio tolluntur.

Collectionum Caput Nonum.

Or nullo abscessu afficitur:quod si diu mala habitudine affligratur nūq; sanatur.

Defecti uino statim recreantur.

Vinum dilutius pueris:senibus inceratius conuenit.

Crocum cordis uitalibus medicamentorum uires defert:stoecas uero capiti.

Febres putridæ cordis caliditatem:& humiditatem arguant.

Materia quæ peripneumoniam:aut pleuresim facit:si ad cordis uita lia pertinet protinus necat.

Humorum omnium superuacua exinanitio cordis uires offendit.

Corde sponte frigesfacto:aut calefacto:aresfacto phthisis certam originem habet.

Cor humectum febre putrida saepe periclitatur.

Circa præcordia ortis ulceribus: sanguis ex sinistra nare profluens: mortem subitam prænuntiat.

Immodicus cordis tremor:animi prius defectu:mox intetitum affert.

In cordis affectibus:auferre causam:ac quæ hylaritatem custodiunt ad dere:oporet.

Odorata omnia cordi conueniunt:cediq; odoris locorum cruciatibus Animi defectio:si perseverat insanabilis est.

Concitatæ uomitiones:animi extintæ speciem reuocant:nisi sudore deliquerit:in quo casu etiam extremorum ligaturæ obsunt.

Afma senibus difficultius est.

In laterum doloribus:si materia in.xiiii.diebus non excreatur uomica oboritur:quæ rursus si.xi.diebus non purgatur tabes subit.

Pregnantibus:senibusq; laterum dolores lætales sunt.

Aglonibus uere pleuretici fiunt:estate item ac autumno pluviioso.

Pleuresis:quæ excretionibus sanguineis non levatur: suppurationes
interiores:ut diximus:aut exitium portendit.

Pulsus arteriæ distensus:pleureticu[m] minatur præsertim si vires non sunt
Saliua nigra in.viii. die incipiens:pleureticis malum:præsagium indicat.
Phthisicis autumnus contrarius.

Infantes aphthosi faciliter liberantur:

Phthisicis pustula in spatulis orta fabe magnitudine ultra.liii.diem mori
tem minatur.

Pleureticis nihil utilius sanguinis missione:quibus medicinæ stupefa
cientes plutimum nocent.

Pleuretici:qui conualuere: si rutsus errore: seu temeritate reciderint:
haud dubio moriuntur.

Collectionum Caput Decimum:

Caliditas stomachi non naturalis:lactuca comæduca conciliatur.
Stomachus æquales medicinæ propitiæ sunt.

In expertis aut dubiis leues primo uomitiones dari debent.

Exercitationes ante uomitum laudantur.

Ad uomitiones si unum datur copiosius bibi debet:

Bibliosi æstate:ac meridie presertim tuto uomunt.

Cholera utiliter macris per uomitiones effunditur.

Qui leuamentum non prestat uomitus inutilis est.

Crebræ uomitiones grauidis:auribus:dentibus oculisque nocent:

Sanguinem per uomitum emitti malum est.

Stomachi uulnus non sanatur.

Ad stomachum infirmum:uarii humores effunduntur.

In uentre calido bilis generatur plurima: presertim si cibus biliosus
assumatur.

Frequens medicamentorum usus stomacho officit.

Stomachus qui faciliter sentit:temere quoque laeditur.

Mensis commota nimia crapula de facili discutitur.

Morbi uenitriculi iextricabiles imbecillum hominem reddunt: obiter
ægre sanantur.

Ventriss prospera habitudo:pinguis adamat:quæ & firmissimæ mate
riæ cibum faciliter concoquit.

Veratro optime uere purgamus:autumno tolleretur:abiliter:si id in usu est

Ante ueratri potum pinguis: & humidis uescendum est.

Veratrum ægris non semper prodest: sanis semper nocet.

Pura corpora ueratro laeduntur:neruorum enim contractiones facit:

In omni stomachi cathartico aliiquid stypticum addendum est.

In affecto stomacho:ubi materia dubia est.hieræ compositio prodest.

Stomacho calido aqua gelida nocet usum non habenti.

Cum stomachum cathaplasmatis refrigeras: ne pulmones: aut iecur
laedas cauendum est.
Oleosa & pinguis stomacho inimica sunt.
Qui uenerem coarguit: stomacho consulunt.
Difficili uomitus stomachus uexatur.
Dolor stomachi ex aqua frigida interdum letalis est: ex quo & colic
cū dolor exoritur.
Si stomachi dolore pustula in dextro crure inascatur: in. xxvii. die ægris
exitum portendit: in quo tempore dulcia supra modū adamant.
Si ventris affectu: pustula in supercilio orta nigra fabæ magnitudinis:
quæ in ulceris genus mutetur: mortifera est.
Morborum sere omnium causa est stomachi infirmitas.
In longis morbis: languens appetitus daminatur.
Sitim sedat somnus.
Stomacho sicco: corpus arefit: humido hydropises prænuntiantur.
Stomachi habitudo secca: diutina uix corrigi potest.
In fortiori stomacho cibus tenuissimæ materiæ uitiatur.
In stomachi affectu: si super oculo ulceris genus paruum apparuerit: ci
ceris magnitudine partim rubens: partim uiride: superueniatq; men
tis deliriū: in. xvii. die mortem portendit.
In leua dormire stomacho utile est: in dextra materiam p aluū educit.
Pueri amplexus citra sudorem stomachū corroborat.
Vomicæ stomachi calidæ siliqua ægyptia sæpe data medetur.
Ventris & intestinorum in fluxionibus: acida eructare securitatis no
ta est.
Alius nigra sanguini atro similis repentina periculosa est: si etiam si
ne febre sit.
Nauseæ in pestilētia malum præsagium est.
In decretorio tempore uomitus ægrum a spasmo liberat: idem & co
mitiales morbos: & lethargiam sanat.
Contra singultus infinitos uomitus prodest: idem & nephreticus utilis:
Corporis uires proterit: mœror: fames: dolor: nec minus grauis odor.
Sanguis uomitiones: & nigrae bilis malæ dijudicantur deterioresq;
quæ uariant.
In febre sanguinē euomere periculosum est: alias quādoq; iuuat.
Vehementis clysteris infusio uomitum sedat.
Si uomitus materia causa est: uomitiones medentur.
Calida pedes lauari: ac extrema fricari uomitiones sedant idem pstat
& somnus.
Ex febre ardēti uel iædia freqns singultus malum augurium est.
Singultus infiniti ex ictu capitī letales sunt.

Singultus crebri: circa crisiū tēpus: neque spē neque metū pmittūt.

Singultus sternutamento finitur.

Si uomitū singultus non discutiūtur: ac rubescant oculi: stomachi aut cerebri apostema significant.

Singultiētibus suppuratio in lateribus nata ī ottu solis mortē p̄ sagit.

Collectionum caput undecimum.

N iecoris remediis ducere uentrem ubi urina cienda sit: uel cōtra maxime damnatur.

Iecoris medicamenta uehementer contrita dati debent.

Abscessibus iecoris dulcia nocent: pr̄sertim calida.

Epaticos stomachicos q̄ faciei color per se indicat

Iecore male coquente facies: oculi q̄ tument.

Ventrī fluxus initio carnis loturæ similis cum cibi appetentia frigora indicat: cum stomachi uero tedium humor corruptus nota est.

Ventrī fluxus: ubi corpus calidæ naturæ est: in uirulentiam: mox in fēcē cōmutatur: qui sanguis adustus dicitur: cum plurimū hæc omnia præcedit cholérica deiectionē.

Ventrī profluuium: si corpus frigidum est incongelatum sanguinē exinde ī diuersam materiā transformatur.

Deiectionē rufus saniosa: uel carnis loturæ similissimam iecoris cōcoctionem ostendit.

Alba excrementa uixque cōfecta: digerendi & attrahendi uim inualidam significat: uaria uero corruptam digestionem ostendunt

Retrimento & lauitas: albedo que attractricē uirtutē uiciatam indicat.

In fluxu sanguinis styptica remedia iterū nocent: obiter aperiētia: ac recreātia aromatis exiguo addito ex moero præferuntur.

Iecoris dolore: pruritus occipitii: pollicisque pedis: ac pustula citra collum nata: ægri perniciē die quarto pr̄ sagit: quod augurium urinæ difficultas si affuerit magis confirmat.

Abscessus iecoris: si ad liene trāssertur: laudatur ē diuerso piculosus ē.

Abscessus si calidus est: siue in dextro siue in sinistro latere: ægrū plurimum inquietat.

In morbo arcuato durum fieri iecur pernicioſissimum est.

Puro iecoris apostemati: nullū pr̄sidium est: si uetus malum est.

Passum iecorariam uentris deiectionem facit.

Ventrī profluuium: quo corpus affligitur: si contrahitur leuat: Si profluuit laedit: ac edituero.

Setibus in longa ualitudine fluxus metum facit.

Aqua intercus uitio iecoris sere semper oritur.

Lienis magnitudo hydropa miatur: uel corporis maciē.

Hydropisias nocentior est: quæ ex acuto morbo oritur: uel quæ in cali-

do: ac sicco corpore incœpit.

Hydropici ex lienis: q̄ ex iecoris durtie facilius sanantur.

Ex lōga hydrope dyspnoea : aut crebri anhelitus: uentrisq; profluiū: triduo interitum prænunciat.

Gingiuag: & oris ulcera in hydrope mortem minantur.

Aqua quæ cutem subierit: si simul omnis effunditur: lætalis.

Hydrops quæ iecoris apostemati superuenit: difficulter sanatur.

Collectionum Caput Duodecimum.

Ysentericis post arietem sinistrā enata pustula erui magnitudine: sitisq; iterueniēs in. xx. die mortis prælagia sunt.

Intestinū & stōachi læuitas: q̄ torminibus oritur ergo p̄cipitat Alui dejectiones ex atra: crassaq; bili non sanantur.

Aquosa deictio: quæ mox undioni similis profluit damnatur.

In dysentericis neruor̄ contractiones uomitiones: singultus crebri: ac dementia deniq; : dira auguria sunt.

Balbi uentris fluxu facile pericitantur: alias (ut diximus) ægre medicamentis purgantur.

Si in pueritia mollis est alius: eadem in senectute contrahitur: & e' diuerso.

Qui uentris profluio moriuntur: iis primum uena formicans percipiatur: mox intermoritur pulsus.

Iliacus morbus nisi resolutus est intra. vii. diem: lætalis est.

Colicus dolor ui pestifera quandoq; regiones & prouincias occupat: lætiferaq; contagia immitatur.

Febricula cōlicos dolores sanat: si ex spū: uel phlegmate oriūtur.

Ex iliaca doloribus uomitiones & singultus crebri: ac deliratio dirū augurium faciunt.

Ex stranguria iliacus dolor: in. vii. hominem rapit: nisi febris cum sudore præsidium afferat.

Pregnantibus tenasmus exitialis est.

In febris initio mortua tinea i remissiōe uero uiua p aluum transmis- sa spem prænuntiant.

Cum hemorrhoidas resecamus: singulatim eas auferimus: i qua cu- ratōe una demū dimittenda: alioquin ægro exitium minari.

Ani fistula iterius secanda non est: alioquin inuoluntario excrementa emittuntur.

Collectionum Caput Tertiūdecimum.

Enum exulcerationes: q̄ uesice facilius sanantur.

Vesicæ calculi pueritiam: renūm uero senectutem infestant.

Calculi morbus ad posteros trāfit: iō hæreditariū malū dicitur.

Pinguiores tenuum calculi: uesicae uero maciē sollicitant.

Vrinæ difficultatibus: si tenasimur superuenierit in vii. die exitium portendit: nisi profluuium malo subueniat.

Melancholicos iuuat moderata uenus.

Nimia uenus corpus eneruat: & febres acutas: & ardentes excitat: colicosq; dolores irritat.

Oris graueolentia nimia quandoq; oboritur uenere.

Infirmi stomacho tutius uenerem neglidunt.

A crapula uel inedia libido damnatur.

Corrumptitur nimia salacitate fœcunditas.

Ebrietas conceptum inhibet.

Pedes oleo feruentis naturæ peruncti uenerem stimulant:

Viri hyeme: fœminæ: æstate salaciore sunt.

Qui nudis pedibus ambulant: libidinem extingunt.

Veneris imaginationes nocturnas leuat semen lactuæ ex uino potum.

Vuluae uitiis iecoris habitus corrumpitur: unde aqua intercus sæpe oritur.

Steriles fœminas infirmas esse: uerum fœcundas celerius senescere haud dubium est.

Si nidor fœminarum naturalibus subditus ori responderet: fœcundatis nota est.

A mensibus si natura humens est: conceptus non admittit.

Vbi hyemem nothus: ac uer aquilo perflant abortiendi periculum ē: Mammis cucurbitula imposita mulierum menstrua sistit.

Si grauidis ubera emoriuntur: abortus imminet.

Vbi gemini in utero sunt: si alterum uber emoritur: alterum partum enectum esse indicium est.

Pregnantem citra quartum: aut ultra septimum mensem: purgare metus est.

Quibus menses in totum præmature subsistunt: citius moriuntur:

Vuluae strangulationes: quæ retardatis mensibus fiunt: minoris periculi sunt: quam quæ retento genitali semine accident.

Vuluae strangulatus autumno magis sentiuntur.

Suffusæ sanguine mammæ furor uenturum esse testantur.

Mulier sanguinem uomens profusis menstruis liberatur.

Quæ mensibus non purgatur: sanguinis ex naribus profluuo tuta est: Loci laborantibus: aut difficulter parientibus sternutamenta profuntur.

Collectionum Caput Quartūdecimum.

Inum ieuniis potum articulis nocet.

Podagrī morbi a maioribus sæpe contrahuntur.

Ver podagra magis iritat: autumnus minus excitat.
Podagræ ueteres: quæ uario humore priueniunt sanari nō possunt.
Podagræ quandoque: uarices ortæ sedant.
Coxæ dolor ex cruditate oritur: uerū & loco & dolore sāpe cōtrahitur.
Articularius morbus: membra resoluit.
Ischiadicos inurere sūmū præsidium est.
Biliosa podagra: q̄ medicamēto & usu nimio p̄mitur p̄niciē minatur.
Huic item uomitus magis q̄ deiectione subuenit.
Articulorū uitia: si iuuenies tentarunt: neq; callū iduxerunt. Solui pos-
sunt: maxime q; torminibus: aut alii deiectione.
Insaniam emendat ita rices enatae: aut per ora uena & subita sanguinis
profusio: aut tormina.
Membra quæ resoluuntur: si non mouentur: & emacrescunt. ī pristinum
habitum non revertuntur: magisq; Si uetus malū est: uel senectuti ac-
ciderit.

Collectionum caput quintū decimum:

Mnia exiccantia non mordentia carnem alunt.
Ulcera in alia parte corporis q; in carne sita: omniaq; : quæ ro-
tunda sunt: difficulter complentur.
Instans suppuratione discutienda est: subsistens resoluenda: increscens
utroq; modo oppugnanda est.
Cæra inter uinciones additur: ne rerum uires protinus elangescant.
Gulae ulcus ex uulnere cum plurimum lœtale est.
Viscida: atq; styptica ut cicatricem inducimus.
Ulcera exiguo nutrimento uiincuntur: balneoq; initio lœduntur.
Suppuratis: uulneribus ue neuosis linamento opus non est.

FINIS.